

modis aliquid impleri dicatur & dici possit; ac (1) qvidem, quando illud ipsum fit, qvod Scriptura in loco allegato proprie & simplificer prædixit & intelligi vult. (2) quando simile aliquid fit, ut h.l. (3) quando in specie fit vel dicitur illud, qvod in genere in Scriptura traditum. (4) quando id, qvod de Capite dicitur, transfertur ad membra & vice versa.

Et hactenus *Prophetarum sensus*. Usum præbet hæc observatio: Ecclesia omnesq; fideles ejus cives calamitatibus ac persecutionibus omnibus temporibus sunt obnoxii. Causas Augustinus hoc complexus est Aphorismo memoriâ dignissimo: *Premuntur justi in Ecclesia, ut clamant, clamantes exaudiantur, exauditi glorificant Deum.* Cœterum *Consolatio Luctui* illi opponenda duobus fundatur argumentis, qvorum (1) sumtum à compensatione afflictionum pòlit captivitatem Babyloniam, substitutâ in eorum locum divinâ benedictione conjunctâ cum felici rerum statu; vel si textus iste accommodetur ad matres Bethlebemiticas; consolatio a iisq; φροντίδι luctui concepto ex miserabili filiorum interitu. Verum enim est illud Salvatoris Matth. 5. *Beati qui lugent, quia consolationem accipient.*

¶.16.

Secundum verò argumentum petitum est à reductione populi, maximè posterorum ejus in patriam, vel, si textus iterum applicetur ad matres Bethlebemiticas; à restitutione filiorum in altera vita, cujus umbra qvædam fuit, qvod Salvator Luc. 7. viduæ Nainitice filium è mortuis resuscitatum restituit. Facit hæc consideratio ad consolationem piorum parentum, qvibus filii immaturâ morte eripiuntur. Qvò pertinet & istud Cypriani: *Non amissimus, sed præmissimus*, desumptum ex Oratione admodùm piâ Regii Vatis 2. Sam. 12. vs 25. Et hactenus de priori incommodo.

¶.17.

Seqvitur posterius, qvod est, ut paulò ante prænotatum, *duruscula Castigatio*. Constat stius tractatio ωραίος Ecclesiæ, & αγνθεός JEHOVÆ. In ωραίος καὶ ἡδονῶν Ecclesia introducitur proponens querelam de castigatione Domini, quam describit trifariam. Ac (1) qvidem ab ejus effectu, pœnitentiâ videlicet, pro qvâ operatione Spiritus S. excitandâ ac producendâ suppliciter orat: *Converte me, Domine, & convertar &c.* Unde discimus, qvod pœnitentia non sit opus nostrarum virium, sed solius DEI, 2. Tim. 2,

¶.18.

I.

Y

25. Ia